

Asclepius Afer in Gabaensi terretorio vicinæ civitatis grantis episcopus.
Grandem opinionem habet.

Maurus Cartennæ Mauritaniæ civitatis Episcopus. Scripsit adversus Arrianos libro 1.
Generico rege Wandalorum per . . . de pœnitentia publica librum unum, in quo.
Libellum spe resurrectionis munitum.

Quæ Africae salutis propriæ sollicitudinis libris digestas servare cognovi.

Vuconius Castellani Mauritaniæ oppidi Episcopus. Et alios hæreticos librum. composuit.

Diebus, responsorii . . . temporibus.
A lectore in ecclesia comprobatur. Ut expeditum. Scientiam & celebritatem decoris.
Sacramentorum parvum & egregium volumen.

Pro opportunitate officiorum. Dicitur etiam & omelias declamasse. Moritur Leone & Majoriano imperantibus.

Defunt in MS. codice quinque lineæ.

Cyrus Alexandrinus.
Adversus Nestorium prius eligenter.
Dum in eum magis invehitur sylocisimis magis quam scripturis agitatur. Thimothei dogma.
A Calcedonenis decreti nec acquiescendum.

Samuel Edissina.
Euthicianos & Thimotheum novos sed sibi diversos hæreticos. unde frequenter.
Bisitam Ecclesiasticas in semel sententias cunctas sanctarum Scripturarum. Ostendens Nestorianum in Dominum nostrum Jesum Christum purum hominem ex virgine natum dixisse. *Reliqua omnia defunt in MS.*

Servatque hodie nomen auctoris.
Qui humanam in Christo naturam fuisse negant. Et ratione & titulis Scripturarum.
Ut & veram deitatem quam materna nascibilitate. Sunt & decem ejus historiæ Ecclesiasticæ libri. Quos imitatur Eusebium Cæsariensem. Composuit incipiens à fine libri ejus usque.

Theodulus . . . liber ejus pervenit.
De conantia divinæ Scripturæ.
Adversus antiquorum hæreses.
Deum dicunt.
Credi deberi ut non uno Christo & uno auctore dictata. quæ si modo.
Secundum spiritali intellectu vivificent.

Johannis Antiochenæ.
Adversus eos qui unam tantum substantiam adorandum.
Secundum rationem scripturarum.
Personam nostri carnis & verbi naturam.
Sententias incaute ab illo adversus Nestorium prolatas.

Asclepius Afer in Baiensi territorio vici non grandis Episcopus.
Grandi opinione celebratur.

Victor Cartennæ Mauritaniæ civitatis Episcopus adversum Arianos librum unum.
Generico Regi per . . . de pœnitentia publicani librum: in quo.
Libellum spe resurrectionis perfecta instructione munitum.

Quas à fratribus salutis propriæ sollicitis in libris digestas servari cognovi.

Voconius Castellani Mauritaniæ oppidi Episcopus. Et alios hæreticos. Composuit.

Diebus: responsoria . . . temporibus.
A lectoribus in Ecclesia probatur: ut expeditum. Scientiam, celebritatem & decorem.
Sacramentorum egregium & non parvum volumen.

Pro opportunitate officiorum & temporum, pro lectionum textu psalmodiarumque serie &c. Moritur Leone & Majorano regnantibus.

Cyrus genere Alexandrinus.
Adversus Nestorem prius eleganter.
Dum in illum nimis invehitur, & syllogisimis magis quam scripturis agit, Thimotheum dogma.
A consensu Chalcedonenis decreti, nec acquiescendum.

Samuel Edissenæ.
Eutychanos, & Thimotheanos novos: sive ad diversos hæreticos. Unde & frequenter.
Bestiam, & Ecclesiasticam non semel sententia cum autoritate sanctarum Scripturarum summatim ferit: ostendens Nestorianis Deum in homine, non purum hominem ex virgine natum. Eutychanis, veram humani generis carnem &c.

Servat hodieque apud Syriam nomen auctoris.
Qui humanam in Christo carnem fuisse negant. Et ratione & testimoniis Scripturarum.
Sicut & veram deitatem, quam æterna nascibilitate. Et decem historiæ Ecclesiasticæ libri, quos imitatur Eusebium Cæsariensem conscripsit incipiens à fine librorum Eusebii usque.

Theodulus . . . liber ejus venit.
De consonantia divinæ scripturæ.
Adversus antiquos hæreticos.
Deum dixerunt.
Credi debere, aut non uno spiritu & uno auctore dictata, cum illa quæ si.
Secundum spiritum intellecta vivificent.

Joannes Antiochenæ.
Adversum eos qui in una tantum substantia adorandum.
Secundum relationem scripturarum.
Personam, non unam carnis & verbi naturam.
Sententias: docens incaute ab illo adversum Nestorem prolatas.

Honoratus Antoninus Constantiæ civitatis Episcopus.
Ad Archadium qui in Africa partibus à Genferico rege missus exulabat. Epistolam.
Purget peccata.

Hylarius Arelatenis urbis Episcopus. Vir in sanctis Scripturis eruditus, paupertatis etiam amator.
Non solum meritis, pietate.
Rusticationem propriis viribus homo tener & clarus exercuit. Sed nec.

Docendo maximam gratiam habuit.
Personarum acceptionibus, omnibus castigationem ingessit. Studio vero ingenio aliqua parva edidit. Quæ eruditus & fidelibus indicio sunt.
Hic desinit codex MS. reliqua defunt.

Interrogatus à Maximo Arrianorum Episcopo. si possit.
Maximinus invidens.
Novi indicii adprobavit & libellum edidit.

Eugenius Cartaginensis.
Verbi omoussii rationem. Consensu omnium Africanorum & maurorum Sardinia & Curficia.

Sanctarum Scripturarum sed & patrum testimoniis communitum.
Porrexit ad portandum etiam pro.
In exilium vice communitoria fidei.
Conscripsit & relegendas per majorem domus Chunerico direxit. Similiter.

Pomerius Presbyter natione maurus apud Gallias presbyter ordenatus.
Natura animæ. Et de resurrectione. vel post resurrectionem libros octo.

Vel qualiter condatur ad Dei imaginem.
Utrum anima corporea an incorporea.
An ex substantia primi hominis
Ex radice protracta etiam peccato.
Et quod eam ex unam & sinceram voluntatem obtineat. Sextus unde sit Apostoli dictum.
Et alium de vitii colore virtutum minus cautis indulentibus. Scribere & alia dicitur.

Multa composuit maximeque fidei rationem ad inculcandam & revincendam heresum perversitatem.
Probatam indicavit. Sanctorum quoque patrum vitas.
Ad inclinandam Dei clementiam.

Cælestius antequam pelagio concurreret, immo adhuc adolescens.
Epistulas in modum libri tres. omni desiderante necessarias. Postea vero hæreticus publicatus à Papa Zozimo condemnatus est.

Hic desinit MS. codex, nec in eo quidquam amplius continetur præter hæc secunda manu posita.

EXPLICIT LIBER.

Honoratus Constantiæ Africae civitatis Episcopus.
Ad Archadium quemdam qui . . . in partes Africae exulabat Epistolam.
Purget à crimine peccata.

Hilarius Arelatenis Episcopus, vir in sanctis Scripturis doctus, paupertatis amator.
Non solum mentis pietate.
Rusticationem contra vires suas homo genere clarus & longe aliter educatus exercuit: sed nec.
Docendo gratiam habuit.

Personarum acceptione omnibus castigatum opus prædicationis ingessit. Ingenio vero immortalis, aliqua & parva edidit, quæ eruditæ animæ & fidelis linguæ indicia sunt: in quibus præcipua & ad multorum utilitatem &c.

Interrogatus à Maximiano Africanorum Episcopo.
Maximianus irridens.
Novis indicibus approbavit & libello edidit.

Eugenius Carthagenensis.
Verbi homoussion proprietatem disserere: cum consensu omnium Africae & Mauritanie & Sardinie atque Corsicæ.

Scripturarum sanctarum testimoniis communitum.
Porrexit. Jam vero asportandus pro.
In exilium, Epistolas velur communitorias fidei.
Conscripsit: & regi legendas per majorem domus ejus transmisit. Similiter.

Pomerius natione Maurus, in Galliis Presbyter ordinatus.
Natura animæ & qualitate ejus, & de resurrectione ejus specialitate, in hac vita, fidelium & generali omnium hominum libros octo.

Vel qualiter ad imaginem Dei credatur facta.
Utrum anima incorporea, an corporea.
An ex substantia animæ primi hominis
E radice producta, etiam peccatum.
Et quod eam ex singulari voluntate obtineat. Sextus, unde sit juxta Apostoli dictum.
Et alium de vitii & virtutibus prætitulatum. Scripsit & alia dicitur.

Multa componit: maximeque ad colendam fidei rationem, & revincendam hæreticorum perversitatem.
Probatum indicavit. Sanctorum Patrum vitas

Ad supplicandam.
Cælestius antequam ad Pelagium concurreret, imo adhuc adolescens.

Epistolas in modum libellorum tres omni Deum desideranti necessarias. Moralis siquidem in eis dictio: nihil ibi vitii postmodum proditi: sed totum ad virtutis incitamentum.

Ex hoc loco conjicio librum Gennadii ab aliquo Pelagiano in multis fuisse corruptum ac depravatam.

INCIPIT CAPITULA

LIBRI GENNADII PRESBYTERI DE ILLUSTRIBUS VIRIS.

E MS. CODICE SANCTI CYGIRANNI.

I.	Jacobus cognomento sapiens.	L.	Evagrius alter.
II.	Julius Romanæ urbis Episcopus.	LI.	Vigilius Diaconus.
III.	Paulonas Presbyter.	LII.	Attichus Episcopus Constantinopolitanus.
IV.	Vitellinus Presbyter.	LIII.	Nestor Heresiarches.
V.	Macrobius Presbyter.	LIV.	Celestinus Romanæ urbis Episcopus.
VI.	Heliodorus Presbyter.	LV.	Theodorus Episcopus Anciranus Galaciæ.
VII.	Pachomius Monachus.	LVI.	Cyrellus Episcopus Alexandrinus.
VIII.	Theodorus Presbyter.	LVII.	Fastidius Episcopus Britannia.
IX.	Horestes Monachus.	LVIII.	Timotheus Episcopus.
X.	Macharius Monachus.	LIX.	Leporius Presbyter.
XI.	Evagrius Monachus.	LX.	Victorinus Rethor.
XII.	Theodorus alius Presbyter Antiochenus.	LXI.	Cassianus Presbyter Massilia.
XIII.	Prudentius miles Palatinus.	LXII.	Philippus Presbyter.
XIV.	Gaudentius Episcopus.	LXIII.	Eucherius Episcopus.
XV.	Commodianus.	LXIV.	Vicentius Presbyter.
XVI.	Faustinus Presbyter.	LXV.	Siagrius.
XVII.	Rufinus Presbyter.	LXVI.	Isaac Presbyter Antiochenæ Ecclesiæ.
XVIII.	Tichonius Affer.	LXVII.	Salvianus Presbyter.
XIX.	Severus Presbyter cognomento Sulpicius.	LXVIII.	Paulinus.
XX.	Antiochus Episcopus.	LXIX.	Hylarius Episcopus Arelatenfis.
XXI.	Severianus Episcopus Gavalensis Ecclesiæ.	LXX.	Leo Episcopus urbis Romæ.
XXII.	Anechitus Episcopus Romanæ civitatis.	LXXI.	Mochinus Presbyter.
XXIII.	Olimpius Episcopus.	LXXII.	Timotheus Heresiarches.
XXIV.	Bacharius Presbyter.	LXXIII.	Asclepius Episcopus Afer.
XXV.	Sabbatius Episcopus Gallicanæ provinciæ.	LXXIV.	Petrus Presbyter.
XXVI.	Isaac.	LXXV.	Paulus Presbyter.
XXVII.	Ursinus Monachus.	LXXVI.	Pastor Episcopus.
XXVIII.	Macharius alius Monachus.	LXXVII.	Victor Episcopus.
XXIX.	Heliodorus alius Presbyter hic fuit Antiochenus.	LXXVIII.	Vuchonius Episcopus.
XXX.	Johannes Episcopus.	LXXIX.	Museus Presbyter.
XXXI.	Paulus Episcopus.	LXXX.	Vincentius alius Presbyter.
XXXII.	Helvidius.	LXXXI.	Cyrus Monachus.
XXXIII.	Theophilus Episcopus.	LXXXII.	Samuel Presbyter.
XXXIV.	Eusebius.	LXXXIII.	Claudianus Presbyter.
XXXV.	Vigilantius Presbyter.	LXXXIV.	Prosper homo Aquitanicus.
XXXVI.	Simplicianus Episcopus.	LXXXV.	Fautus ex Abbate Episcopus.
XXXVII.	Vigilius Episcopus.	LXXXVI.	Servus Dei Episcopus.
XXXVIII.	Augustinus Episcopus Afer.	LXXXVII.	Victorinus calculator.
XXXIX.	Horofius Presbyter.	LXXXVIII.	Theodoricus Episcopus.
XL.	Maximus Episcopus Taurinensis.	LXXXIX.	Gennadius Episcopus.
XLI.	Petronius Episcopus Bononiensis.	XC.	Theodorus Presbyter.
XLII.	Pelagius Heresiarches.	XCI.	Johannes Presbyter.
XLIII.	Innocentius Episcopus Romanus.	XCII.	Gelasius Episcopus.
XLIV.	Celestinus.	XCIII.	Honoratus Episcopus.
XLV.	Julianus Episcopus Capuanus.	XCIV.	Cerealis Episcopus.
XLVI.	Lucianus Presbyter.	XCIV.	Eugenius Episcopus.
XLVII.	Avitus Presbyter Hispanus.	XCVI.	Pomerius Presbyter.
XLVIII.	Paulinus Episcopus Nolæ Campaniæ.	XCVII.	Honoratus Episcopus.
XLIX.	Eutropius Presbyter.	XCVIII.	Gennadius Presbyter, qui hunc edidit Librum.

VETERUM TESTIMONIA
DE SANCTO HIERONYMO.

MAXIMAEFUS APUD OCCIDENTALES AUCTORITAS.

Gelasius Papa in Concilio Romano LXX. Episcoporum, hoc modo loquitur: *Illam sentimus, quæ Beatum Hieronymum sentire cognoscimus: & non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir sepius memoratus, zelo Dei & fidei religione reprehendit* Dist. xv. cap. *Sancta Romana Ecclesia &c.*

Gelasius iterum Epistola v. Episcopis per Pice-
niferens ait: *Adhuc major scelus accessit, ut sub*

conspetu & presentia Sacerdotum, beatæ memoriæ Hieronymum atque Augustinum, Ecclesiasticorum lumina magisteriorum, musca moriens, sicut scriptum est, exterminans oleum suavitatis, lacerare auderet.

S. Columbanus in Epistola ad Gregorium Papam, asserit indubitam fidem apud Occidentales accommodatam fuisse sancto Hieronymo. De die enim paschatis celebrandi disputans, hæc aje-

bat: Non latet, ut credo (inquit Sanctus vir) efficiam tuam, quantum Anatolius, miræ doctrinæ vir, ut sanctus ait Hieronymus (cujus Eusebius Cæsariensis Episcopus in Ecclesiastica excerpta inseruit Historia, & S. Hieronymus in suo hoc idem de pascha opus collaudavit Catalogo) de hac lunæ ætate vituperando disputet, qui contra Gallicanos Rimatorios de pascha, ut ait, errantes, horrendam intulit sententiam, dicens: *Certe, si usque &c.* Quod utique Victorius in suo transgressus est cyclo, & per hoc Gallia jam dudum innoxiam errorem, seu, ut humilior dicam, confirmavit inolitum.

Et iterum post pauca hæc addit Columbanus: Nec loci namque, nec ordinis est, inquit, ut magnæ tuæ auctoritati aliquid quasi discutendo inrogetur, ut ridiculosè te mei nimirum Petri Cathedralis Apostoli & Clavicularii legitime insidentem, Occidentales apices de Pascha sollicitent. Sed tu non tam me vilem in hac re, quam multos & defunctos & viventes, hæc eadem quæ notavi, firmantes magistros, considerare debes, & quasi cum eis habere colloquium te crede: pie namque me scito, licet saltuatim & hyperbolicè, sciolum (chilosum) os aperire. Tuum itaque aut excusa aut damna Victorium, sciens solum laudaveris, inter te & supra dictum Hieronymum, fidei futurum fore negotium, qui nimirum Anatolium laudavit huic contrarium; ita ut qui unum secutus fuerit, alterum recipere non poterit. Tua itaque consideret vigilantia, ut in fide duorum Authorum supradictorum sibi invicem contrariorum, probanda, nulla sit inter te & Hieronymum in sententia promenda dissonantia, ne nobis undique sint angustia; ut aut tibi, aut illi consentiamus. Parce in hoc infirmis, ne scandalum diversitatis ostendas. Simpliciter enim ego tibi confiteor, quod contra sancti Hieronymi auctoritatem veniens, apud Occidentis Ecclesias Hæreticus seu repudiendus erit: illi enim per omnia indubitam in Scripturis divinis accommodant fidem. Sed hæc de Pascha sufficiant.

Nicolaus I. Epistola LI. Lothario dicebat: *De aliis postremò virtutis, audi quid celestis Bibliothecæ cultor dicat Hieronymus: Grave, inquit, pondus virtutum est, &c.* Cap. 19. Comment. in Matth.

EXCELLENTIA HIERONYMI

EX ERASMO.

Atque id profecò cum mihi vehementer indignum videtur in omnibus eruditibus, tum longè indignissimum in Hieronymo, cujus tam multæ tamque eximia dotes promerebantur, ut vel solus & totus & incorruptus servaretur. Nam cæterorum quidem alios aliæ commendant dotes: in hoc uno *omnium*, ut ajunt, conjunctum fuit, eximium fuit, quicquid in aliis per partes miramur. Et cum in singulis egregium esse, magnum sit ac rarum: hic sic excelluit in omnibus, ut longè præcurrat in singulis, si illum cum cæteris conferas: sin ipsum secum componas, in nullo præmineat. Tanta est rerum omnium summorum temperata. Etenim si naturæ felicitatem expendas, quid illius ingenio vel ardentius ad discendum, vel acrius ad judicandum, vel fecundius ad inventiendum? Denique quid dexterior aut festivior, si fortè res delectationem defi-

deret? Sin eloquentiæ laudem requiras, in hac certe Christianos scriptores universos tanto post se reliquit intervallo, ut nec hi cum Hieronymo conferri queant, qui vitam omnem in uno bene dicendi studio contriverunt: ac prorsus tantum abest, ut quisquam sit nostræ religionis scriptor, quem cum hoc possis componere: ut meo judicio, Ciceronem etiam ipsum suffragiis omnium eloquentiæ Romanæ principem, nonnullis dicendi virtutibus superet: quod quidem in ipsius vita copiosius demonstrabimus. Mihi sanè hoc ipsum solet usu venire in Hieronymo, quod olim in M. Tullio: cum quo si quem contulero, per se quantumvis disertum, repente velut obmutescere videtur: & cujus linguam, citra contentionem vehementer admiror, ad hunc compositus & admotus, elinguis videtur & balbus. Sin doctrinam exigas, quæ te, quem habet vel eruditissima Græcia sic absolutum in omni doctrinæ genere, ut cum Hieronymo sit committendus? Quis unquam pari felicitate omnes totius eruditionis partes conjunxit & absolvit? Quis unquam in tot linguis antecelluit unus? Cui tanta historiarum, tanta geographiæ, tanta antiquitatis notitia contigit unquam? Quis unquam sacrarum ac profanarum omnium literarum, & absolutam scientiam est assecutus? Sin memoriam examines: quis author, seu vetus, seu novus, quem ille non in promptu habuerit? Quis angulus divinæ Scripturæ, quid tam abditum, quid tam varium, quod ille non velut in numero habuerit? Sin industriam: quis unquam tantum aut evoluit, aut scripsit voluminum? Quis sic universam divinam Scripturam edidit, imbibit, concoxit, versavit, meditatus est? Quis æquè sudavit in omni doctrinæ genere? Jam si morum sanctimoniam spectes, quis Christum spirat vividius? Quis docuit ardentius? Denique quis eum vita magis expressit? Poterat hic unus pro cunctis sufficere Latinis, vel ad vitæ pietatem, vel ad theologicæ rei cognitionem, si modo integer & incolumis extaret. At nunc haud scio, an quicumque omnium tractatus sit indignus. Bona pars vigiliæ rumillius intercidit. Quod superest, non depravatum erat, sed prorsus extinctum & oblitteratum: idque partim quidem illiteratorum vitio scribarum, qui solent ex emendatis inemendata describere, ex mendosis mendosiora reddere, prætermittere quod non legunt, corrumpere quod non intelligunt, velut Hebrææ Græcæque vocabula, quæ frequenter intermiscet Hieronymus: sed multo sceleratius à sacrilegis, haud scio quibus, studio detruncata permulta; addita nonnulla, mutata pleraque, depravata, sordidata, confusa penè omnia: ut vix ulla sit periodus, quam eruditus inoffensè possit legere. Imò quod est pestilentissimum vitandi genus, perinde quasi parum esset, tot insulsissimas nugæ juxta infantes atque inerudititas, in hominis eloquentissimi pariter ac doctissimi nomen ac titulum contulisse, mediis illius commentariis, passim admiscuerunt suas nenas, ne quis repurgare posset. Nam librum falsò inscriptum permulta sunt quæ coarquant. Cæterum fragmenta sparsim intermixta, veluti frumento confusum lolium, quo tandem cribro repurget aliquis? Atque hæc omnia sic esse facta, docebimus mox in operum illius catalogo, tum quarti tomi duabus præfationibus ac censuris. Commovit itaque me, partim tam insignis Ecclesiæ doctoris non ferenda contumelia: in cujus immortalia monumenta, sic impunè debacchati sint isti